



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Praxis Bene Meditandi**

**Berzetti, Nicola**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

Præparationes.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

spiritualis studiosis valde usitatum, & laudatum. Eandem ergo methodum adhibebo, quam in praxi meditandi adhibui, totamque materiam in tria capita illis similia dividam, & eadem facilitate & claritate procedam.

*Quid ante Applicationem faciendum.*

## CAPUT PRIMUM.

*Præparationes.*

**P**Ræter posita in prima praxi, quæ suo modo etiam propria sunt huic secundæ, pro iis qui norunt, & possunt sese exercere

in mysteriis Salvatoris per modum meditationis, proderit prius adhibita aliqua diligentia ut sum fuisse tribus animæ potentiis, Intellectu scilicet, memoria & voluntate circa id mysterium, cui sensus sunt applicandi, ita ut plenè perspectæ sint personæ eodem comprehensæ, omnia verba quæ dicunt, aut convenienter mysterio dicere possent; & opera omnia quæ faciunt, aut secundum exigentiam facere deberent, pro iis verò qui non sciunt aut possunt meditari, convenit ut legant, vel attentè legi audiant semel aut sæpius historiam mysterii, observando diligenter numerum & qualitates personarum,

verbo.

verborum, & operum, quæ in illo continentur, ut bene memoria comprehendantur, sicut jam dictum est.

Secundò, qui bene hanc sensuum applicationem instituere volet, minimum uno quadrante ante se recolligat, ita ut sensus ejus minimè sint distracti, vel occupati quantum fieri potest, circa alia objecta, quo promptior atque expeditior esse possit ad occupandum eos circa mysterium ante propositum.

Tertiò, hoc eodem tempore conabitur in animo suo excitare affectus quosdam mysterio proportionatos, sive desiderii, sive amoris, sive gaudii, sive mæroris,

---

**R**

sive

five alios: considerans etiã quo  
 sit iturus : quid facturus: cum  
 quo collocuturus, &c.

*Quid ipso tempore Applicationis  
 faciendum.*

## CAPUT SECUNDUM.

*Præsentia Dei, oratio preparatoria,  
 & præludia.*

**O**Mnia faciet quæ in praxi  
 meditandi, antequã puncta  
 ipsa considerentur, facienda dixi-  
 mus; tam circã humilem & reve-  
 rentialẽ accessum ad Deum, quã  
 circa orationem præparatoriam,  
 & tria solita præludia adverten-

do,